

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XIX

urn:nbn:de:bsz:31-97032

C A P U T X I X.

D E S A L M O N E & T U R D O.

SAlmo circa Coloniam bicubitalis est, apud Misenos & Deslavias circa Albim fluvium majores à libris viginti quatuor usque ad triginta sex accedunt. In Helvetia circa Tigurum triginta sex librarum aliquando graviores capiuntur. Intestinum in eo in plures partes sicut in digitos dividi, ait Albertus. *Gesnerus* in dissecato à faucibus patulis duos se observasse meatus scribit, deorsum protensos, unum ad ventriculum, quem oesophagum vocant, alterum anonymous. In Mulda fluyio si Præcipitum aquæ, juxta Deslaviam secundo ac tertio frustra saltu superare conatus fuerit, vadum petit, eoque in loco sub lapidis & saxis delitescens, emaciatur, xenei coloris masculis impletur, rostrumque in magnum hamum inflicit. In Scotia autumno riyulis plerumque aulocis vadosis coeuntes junctis ventribus ova pariunt, fabuloque contegunt, quo tempore masculus adeo lactibus, genitura, fæmina ovis exhausta est, ut nequicquam præter ossa ac spinas pellemeque supersit. Macies illa contagii loco habetur, cum obvios quoscunque sui generis insificant. Rei indicium, quod persépe uno latere extenuati capiuntur, reliquo non ita. Ex ovis arena obrutis pisciculi ineunte vere nascuntur adeo molles, ut donec digitæ magnitudinem non excesserint, manu compressi velut humor concretus diffluant. Tum primum natura duce ad mare pergunt, vigintique dierum spacio aut paulo majore, incredibile dictu, qualiter in magnitudinem excrescant. Ibidem venientes ex mari flumine adverso, mirabile despectaculum præbent. Flumina enim hinc atque illic angustis pressa rupibus, ac proinde veloci demissa cursu, ubi prærupo casu descendunt, non per canalem statim prodeunt, sed incurvatae undæ impetu paululum per aera fecuntur, antequam cadant. Vivaces

vaces esse cordis extracti vivacitas ostendit. Testatur Robertus Constantinus, sese Basilez exenterati Salmonis cor, aquosa aspersum sanie, ultra diem vivere conspexisse. *Turdorum* aliquot sunt species. Quidam veluti Apophyles habent è mento dependentes, cutaceas subflavi coloris. Toti aureo magna ex parte, item amethystino, cæruleoque magna ex parte variant. Oculi maximi sunt, quorum auream pupillam circulus ambit niger, nigrum tursus aureus, aureum cæruleus, hunc iterum aureus, ac tandem niger aliis omnes ambit. Pinnæ ad branchias aureæ omnino sunt, pectotis vero tota cæruleæ, præter eorum nervos, qui aurei sunt. Quæ vero ab ano est, item qua in dorso ac cauda, qua uropygio junguntur, aureæ sunt; sed maculis partis sanguineis respersæ, cætera cæruleæ.

C A P U T X X . D E T O R P E D I N E & THUNNO.

DE *Torpedine* nil habeo quod dicam, nisi quod tempore manus afficiat: hincque illi nomen. Id autem tam efficaciter, ut priusquam capiatur per rete vel arundinem id afficiat. Hoc astu usq; limo & cæno obducta venatur pisciculos. *Mitum*. *Plut. l. 1. Viranim*. *Thunni* quamvis in plurimis capiantur locis: circa *Byzantium* tamen maxime. Nam postquam *Cyaneas* insulas attigerint, transierintque ex ripa *Chalcedonia*, albicans occurrit petra quædam, tantumque bestiis ipsis incutit terroris, ut è vestigio in ultiorem convertantur ripam: quas cum præceps aquarum cursus corripiat, & innata locorum aptitudo maris fluxum ad *Byzantium* cornuque *Byzancii* deflectat, & eo naturæ impetu propellat, in insidas incidere mirum non est. Alias generatio illorum in *Mæoticis* sic paludibus. Inde cum modicum increverint, erumpunt grege facto per os ipsum, ac propter littus *Asiaticum*.

PIS
tm usque ad Trapezum
tupiles ad figura,
obrare, in profundissi-
ma, qui Melas cognoscit
a pilicibus alendis id
unque tempus creetur
videtur: nam *Plinius*
et, ut secundo *Auct.*
item alterioritate, al-
iquid Arisotelem
utrum cum subente, n
use admovent; qu
tour, quia dextro
no habetias. No
mphylli vatis apud
me adspicatur am
diss Lutetia restatu
ita, altera *Thunnus*
ita inscriptione p
profunde, ut som

C A
DE V
&

Raniceps pisces
vivat, inquit Bell
siles, nibilominus
cum voracissimus
est, qui pisci
abdomine vel id d
currit, eo usque vesca
lopum os redundat.
et, brevis tamen &
ugis ossea, durior,
unque nonnquam
genit magnicudine
ita ad se quisquialmu